

dam negotiorum, Ecclesiae *οικοδομην* spectan-
tium, causâ detentus, de Principali et in
Celsit. V V. informatione clementissimè,
consilium suppeditare meum, juberer: quod
& pro ejus, quod divina benignitas conces-
sit, judicioli modulo, submissè promptissi-
meque feci, & ut Cels. V V. studia in nomi-
ne Altissimi laudabiliter cæpta, successu &
profectu bono, scopum aliquando attin-
gant exoptatissimum, ardentibus à Deo vo-
tis precor.

Hoc meum igitur institutum, & factam
ad Illustriss. Celsit. V V. *προσφωνησιν* dedicati-
riam, quin dexterrimè eæ interpretaturæ, &
Principali gratiâ meam porrò tenuitatem
complexaturæ sint, nullus addubito, & ut id
clementissimè fiat, omni studio submissè
contendo. Deus *πανταγαθοδοτης* Celsit. V V.
orbi Christiano quàm diutissimè seruet in-
columnes sospitesque, propter CHRISTUM
JESUM, *ικετην ημεν μεσιτην* nostrum unicum, Amen.
Scrib. Jenæ d. 2. Octob. Anno 1640.

Celsit. V V.

Subjctiss.

Salomon Glassius D.